

# Peccatorum mortalium, &c. Cap. V.

7

- 15 Deus fitibundus salutis tantum exigit, quantum possumus.
- 16 Contritio generalis momentanea proposi-  
tum singularum pœnitendi pro tempo-  
re, & loco includit. & an habeat locum  
in martyre, num. 19.
- 17 Contraire formalis vniuersalis perfecta in  
latrone fuit, & sepe in conuertentibus  
post multa peccata.
- 18 Pœnitentes singulae pro singulis mortife-  
ris quando, & quare non requirantur.
- 20 Contritio singularis peccatorum, qualis  
esse debeat.
- 21 Pœnitentia dupli modo, & actu de pec-  
catis agenda.
- 22 Conclusio tertia, que naturam singula-  
ris contritionis explicat.
- 23 Dini Thome sententia de contritione à So-  
to non approbata.
- 24 Peccata recolendis ratio, ususq; pœniten-  
tium in recolendo, & que sit opinio Sot.
- 25 Conteri in genere de peccatis oblitis, an ne-  
cessarium sit: an satis sit de iis tantum  
pœnitere, qua memoria habentur.
- 26 Peccatorum obitorum remissio, qua dete-  
stionate obtineatur.
- 27 Contritio singularis, sub precepto necessa-  
ria in lege euangelica servet in anno, &  
quibus aliis temporibus, num. 29.
- 28 Pœnitentia necessaria statim post pecca-  
tum commissum ex parte finis.

## Peccatorum mortalium, an fin- gularis requiratur contri- tio. Cap. V.

- D**iximus supra, quod materia propria contritionis est peccatum mortale præteritum: adde etiam, † vel illud, quando dubitat pœnitens, an aliquod peccatum sit mortale, vel veniale; nam tunc requiri contritio cum cōditione, si, & qua tenus esset mortale, Nauar. c. i. num. 26.
- 2 Nūc † restat ut subtiliter inuestigemus, an requiratur singularis cōtritio de singularis peccatis mortalibus. Quoniam in quiditate diximus, quod contritio est

dolor de peccatis: ideo nunc nobis seſe offert præſens quæſtio cognitu necessaria propter vſum pœnitentium, & decisione non facilis propter opinionum obſcuritatem. † Est enim inter antiquos, & modernos maxima discrepancia. Richardus, & Dur. D. Thom. in 4. ſententia, diſtinct. 17. quæſt. 2. art. 2. ad 6. q. & 3. par. q. 87. art. 1. quem ſequitur Palu. & Syl. in ver. contritio. q. 3. dicunt, quod requiritur contritio ſpecialis singularum, tum authoritate Ps. 6. Lauabo † per singulas noctes lectum meum. Vbi glo. per singula peccata lectum, idest conſcienciam; ergo requiritur ſpecialis contritio de singulariſ. Rurſum requiritur singularis cofeffio de singulariſ. ergo & contritio. [Consequētia patet: quia ſi confeffio oris pœnitentiam cordis præſupponit tanquam causam, ex qua procedit, ſi vera ſit, & non ficta confeffio.] Præterea diuersorum membrorum diuersæ ſunt medicinæ. Non enim, inquit Hierony. ſanat oculum, quod ſanat calcaneum, ſuper Matth. cap. 9. circa medium; ſed contritio eſt medicina singularis contra vnum tantum mortale, ergo non ſuffici una de omnibus. Hæc ſunt inter cetera, quæ concludunt contritionē requiri de singulariſ. At contraria opinionem ſequitur Card. S. Xifti ſuper 3. par. ad D. Tho. & in ſum. in ver. contritio. Sot. diſtinct. 17. q. 2. artic. 3. Nau. c. i. num. 25. & 40. & c. 22. num. 3. ſcilicet nō requiri singularē, ſed quod ſufficiat vna generalis, † quæ ſaltem vir tualiter ſe extendat ad omnia peccata mortalia, tam quæ meminit, quam quæ non meminit, cum vera voluntate ſe ab omnibus, & singulariſ abſtineri, quæ ſufſiciens eſt ad remiſſiōnem peccatorum. Et hæc eſt alia opinio. Verum vt hæc quæſtio facilior reddatur, noīādum eſt, ſecundum Caietan. 3. par. q. 87. artic. 1. quod contritio, † ſeu detefatio peccati eſt duplex. Altera, qua vocatur formalis; idest actualis, & vniuersalis: altera virtualis. Displacentia actualis vniuerſalis eſt duplex: altera perfecta, altera imper-